



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De Baptismo. De differentia baptismi Ioannis & Christi. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

luit, antequam homo de lege naturali, & scripta conuinceretur, quod neutra iuari posset.

Quod sacramentum coniugii fuit ante peccatum. C

Genes. 3. d.

Fuit tamen coniugium ante peccatum institutum: non utique propter remedium, sed ad sacramentum, & ad officium: post peccatum vero fuit ad remedium contra carnalis concupiscētiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus.

De Baptismo. D

De baptismo

Ioannis,

Matth. 3. c.

De differen-

tia baptis-

mi

Ioannis &

Christi.

Act. 19. a

Ioan. 1. d

Matth. 3. b

Marc. 1. a

Luc. 3. b

Matth. 12. c

Nunc vero de baptisimi sacramento videamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptisimum igitur Christi Ioannes sub baptismo prænuntiavit: qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu sicut ipse ait. Ego baptizo vos in aqua, in pœnitentiam. Sola enim corpora abluere, à peccatis vero non mundabat. Baptismus Ioan. erat in pœnitentiam, non remissionē: Baptismus vero Christi, in remissionē. Quia Ioan. baptizans homines, ad pœnitentiam vocabat: & quos baptizabat, pœnitere docebat: secundum illud. Veniebant ad Ioan. in Iordanem confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioan. nō dabatur peccatorū remissio, quæ data est in Christi baptismo.

Quid utilitatis habebat baptisimus Ioannis. E

Ad quid ergo utilis erat baptisimus Ioannis? Quia homines usu baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quaeritur, Quare dictus est baptisimus Ioan. sicut veritas dicit, Baptisimus Ioan. vnde est? Quia ibi Ioan. operatio tantum visibilis erat exterius lauantis nō inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen & illa Ioan. operatio à Deo erat, & baptisimus ille à Deo erat, non ab homine tantum, sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Si vero quaeritur, An sacramentum fuerit, satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptisimus Ioan. rem sacram,

scilicet.